



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi
Thomæ**

Suárez, Francisco

Moguntiaë, 1620 [erschienen] 1621

Cap. XXXII. Quomodo possit Deo nomen imponi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84432)

Dionysius. Iust. Greg. Nyssen. Arnob.

dicitur innominabilis, nomine, vtique, adaequato, vel quidditatiue eum exprimente, seu significante, vt explicatum est. Et in hoc sensu explicant frequentius hoc attributum Patres superius citati, & Dionysius de Diuinis nominib. c. 1. Iust. orat. Parænet. de gent. & Apolog. 1. & 2. Pro Christ. vbi in hoc sensu dicit, Nullum esse nomen Deo impostum. Gregorius Nyssenus homil. 8. in Ecclesia. Arnob. libro 3. contra gent. Ioan. Cyparisioti decade 4. supra citata, vbi alia ex Patribus refert.

24. Secundo modo dici potest ineffabilis Deus, non solum quia vno nomine satis exprimi non potest, sed etiam, quia vel longo & prolixo sermone nunquam satis eius excellentia, & natura explicari potest. Est ergo ineffabilis, quia licet in infinitum sermo de illo proferatur, nunquam totum, quod in illo est, poterit effari. Ad hunc modum dixit Leo Papa sermone 10. de passione Domini. Diuina considerationis materiam ex quo est ineffabilis fandi irribuere facultatem, quia non potest desistere, quod dicatur, dum non pot. esse satis, quod dicitur. Quo sensu, dum Deus ineffabilis dicitur quodam modo summe effabilis appellatur, quia non potest vnquam satis effari. Quod etiam indicasse videtur Nazianzenus oratione 49. dicens: Hoc est Deus, quod cum dicitur, non potest dici, cum affirmatur, non potest affirmari, cum definitur, ipsa definitione crescit, id est, omnem definitionem excedit, quæ verba usurpauit etiam Augustinus sermone 190. de Tempore, & inueniuntur in Ambrosio libro de fide contra Arianos capite 6.

Leo Papa

Nazianz.

August. Ambrosj.

conceptum perueniamus, vt concipimus causam bonitatem, sapientiam, & similia: tunc vero addimus aliquid, quo conceptum illum generalem Deo proprio faciamus, vt primam causam, à qua omnia pendunt, ipsa ex nullo, summe sapientem, infinite bonam. Et ita ad significandum Deum proprio nomine vtimus, vel similibus vocibus complexis, aut incomplexis æquivalentibus ex impositione. Et ita potest habere Deus proprium nomē, licet nunquam significet id, quod est proprium Dei, prout est in ipso; sed subintelligit negationem aliquam, vel comparisonem cum excessu ad omnia alia, qui etiam est conceptus satis confusus, & aliquo modo negationem includens, vt supra dixi.

Secundo dicendum est, posse Deum habere nomen substantiale, id est, substantiam eius significans. Hanc assertionem, fere sub eisdem terminis docuit Diuus Thomas prima parte, quæstio. 13. articulo secundo. Vbi distinguit in Deo tria genera nominum, quædam sunt negatiua, alia, quæ dicunt respectum ad creaturas, alia absoluta. De primis nominibus ait Diuus Thomas, non dici de Deo substantialiter. Quod intelligitur quantum ad formale significatum, nam quoad materiale sine dubio significant rem quandam, quæ subesse intelligitur illi negationi, quæ non est nisi substantia Dei. Tamen, quia modus significationis, & prædicationis iuxta formale significatum attenditur, ideo dicuntur talia nomina non prædicari substantialiter de Deo, quia negatio non est de substantia Dei. Dices, ergo prædicantur accidentaliter. Respondeo primo, non prædicari accidentaliter secundum rem, sed ad summum secundum nomen, quia negatio nihil reale est. Deinde etiam illo modo non prædicari accidentaliter, id est, contingenter, quia necessario prædicantur. Nam esse incorruptibilem, immentum, infinitum, & similia necessario Deo conueniunt. Possunt ergo dici prædicari ad modum proprii necessario consequentis essentiali Dei, non secundum rem, sed secundum rationem, cum fundamento in re.

4. Secunda conclusio. D. Thomæ. Tria nomina Dei genera.

Obiectio. Responso.

CAPVT XXXII.

De varijs nominibus Dei.

1. Quamuis Deus ineffabilis sit, & quadam ratione innominabilis, nihilominus (vt diximus) aliquibus nominibus potest à nobis significari, vt aequaliter de illo loqui possimus. Hac ergo occasione tractant hic Theologi de nominibus Dei, quæ nos breuiter expedire poterimus, quia res facilis est, & de illa multa in superioribus tacta sunt. Supponimus autem sermonem esse de nominibus quæ Deo, vt vnus est, tribuuntur: nam de nominibus ad mysterium Trinitatis pertinentibus in proprio tractatu differimus.

1. Conclusio.

2. D. Thom. Proprium bisarium sumitur. In primis opponitur metaphoricis

Primo ergo dicendum est, posse Deum habere aliquod nomen proprium. Ita docuit D. Thomas dicta quæst. 13. art. 1. ad 3. estque certum, & explicatur facile, distinguendo illam vocem proprium, habet enim duos sensus, & in vtroque vera est assertio. Primum ita sumi solet, vt proprium metaphoricè opponitur, & hoc modo probatum est supra libro 1. cap. 9. perfectiones illas, quæ in suo formali conceptu imperfectionem non includunt, vere, ac proprie esse in Deo. Nomina ergo illa, quæ tales perfectiones formaliter significant, proprie dicuntur de Deo. Idemque est clarum in nominibus negatiuis, per quæ aliquas imperfectiones à Deo excludimus, vt in primo libro capite 6. & sequentibus diximus, vbi etiam explicuimus, quomodo hæc nomina in re, seu forma significata non inuoluant imperfectionem, & ideo propria sunt, quamuis in modo significandi habere videantur imperfectionem, vel quia ex rebus imperfectis sumpta sunt, vel quia sunt accommodata nostro imperfecto modo concipiendi.

3. Secundo modo communi contradicit.

Secundo modo dicitur nomen proprium, vt distinguitur contra commune, & sic dicitur proprium nomen Dei, quod illi soli vere, & proprie tribui potest. Vt de hoc nomen Deus, & similibus infra dicemus. Solum est obseruandum, quod supra libro primo capite tertio notauimus. Nomina Deo imposta accommodata esse conceptibus nostris. Nos autem prius concipimus quasdam rationes communes Deo & creaturis, quam ad proprium aliquem Dei

De secundis nominibus, scilicet, dicentibus relationem ad creaturas indistincte loquitur Diuus Thomas. Tamen sine dubio intendit loqui de nominibus significantibus relationem ad creaturam fundatam in obiectiōibus liberis Dei ad extra. Nam omnipotentia etiam dicit suo modo respectum ad creaturas, nihilominus de Deo substantialiter dicitur, vt idem Diuus Thomas sentit 1. part. quæstione 25. Et idem dicendum est de scientia simplicis intelligentiæ creaturarum, vt dicemus. Hæc ergo attributa, quæ videntur dicere relationem necessariam ad creaturas, sub absolutis comprehenduntur, quia non significant relatiua secundum esse quamuis secundum dici videantur relatiua, seu transcendentalē relationem importantia. Hæc ergo nomina inter absoluta computamus. Imo etiam nomina, quæ significant actus liberos Dei æternos cum respectu aliquo ad creaturas inter absoluta potius, quam inter relatiua comprehenduntur, quia principaliter significant actus existentes in Deo, qui reales, & absoluti sunt, licet à nobis significantur ad modum relatiuorum.

5. Nomina seu cumi generis D. Thom.

Nomina ergo relatiua proprie dicuntur à D. Thoma, quæ relationem aliquam ex tempore in Deo important, correspondentem relationi temporali creaturæ ad Deum, vt sunt nomina creatoris, Domini,

4.

B. Thom.

in, & similia. Hæc enim ita significant, ac si relationem prædicamentalem indicarent. De his ergo nominibus etiam docet D. Thomas, non dici de Deo substantialiter. Quod duplici ratione verum est. Primo quidem non dicuntur Dei substantiam, quod intelligendum est sicut de negatiuis nominibus, quantum ad formalissimum significatum, quia dicuntur relationem rationis, quæ in Deo non est, & consequenter non dicuntur substantiam Dei. Nihilominus verum est, ratione materialis, quod nostro modo intelligendi subternitur illi relationi, per has voces significari substantiam Dei. Secundum etiam verum est, non dici substantialiter, quia quoad formam prædicationis dicuntur de Deo accidentaliter, non solum ad modum proprii, sicut negatiua prædicata, sed ad modum quinti prædicabilis, quia contingenter prædicantur, & ita dicuntur de Deo, vt possint de illo non affirmari.

D. Thom. Bonavent. Richard. Alen. s. i.

Et hinc fit, vt talia nomina possint de Deo ex tempore prædicari, in quo ab alijs omnibus distinguuntur, vt notauit Diuus Thomas dicta quæst. 13. artic. 7. & reliqui Theologi in 1. dist. 30. vbi Bonavent. Richard. & alij. Alen. s. i. part. quæstione 35. per totam. Estque res per se facilis, quia hæc nomina in sua significatione inuoluunt denominationem extrinsecam à creatura existente, vt supra notauimus capitulo 2. tractando de immanentia Dei. Vnde fundamentum (vt sic dicam) illius denominationis est res temporalis, & ideo mirum est, quod talia nomina possint dici de Deo ex tempore, quia dicuntur sine mutatione Dei. Denominatio enim extrinseca non ponit in Deo mutationem. In qua re explicanda interdum dubium fuit Augustini. vt videri potest libro duodecimo de ciuitate, capitulo decimo quinto. Tamen in libro quinto de Trinitate capite 5. & 16. modo dicto illam expedit. Hac vero occasione tractant hic Theologi. An relationes temporales Dei ad creaturas sint reales, vel rationis, sed ea res sufficienter à nobis disputata est in Metaphysica disp. 47. sect. 15. à nu. 15. vsque ad finem.

Augu.

8. Nomina ter signor. D. Thom. Marfil. Alen. s. i.

De nominibus tertij generis nimirum absolutis, & affirmatiuis maxime procedit conclusio posita, nam hæc nomina præcipue substantialia sunt, vt D. Thomas dicit. artic. 2. docet, & ceteri Theologi in 1. distinctione 22. Marfil. quæstione 25. Alen. s. i. prima part. quæstione 48. M. 4. articulo 3. §. 2. Probaturque facile, quia hæc nomina significant perfectionem aliquam absolutam in Deo realiter existentem, sed quicquid in Deo est huiusmodi, est substantia eius: ergo significat diuinam substantiam. Sed obijci potest Damasceni libro 1. capite 4. dicens. Quæcumque de Deo per affirmationem dicimus non ipsius naturam, sed que circa ipsius naturam sunt, ostendunt, ita sicut in omni sine sensum sive sapientem, sive quæcumque tandem aliud dicere libeat, non Dei naturam, sed que natura Dei insunt, exponunt. Sentit ergo hæc nomina non significare substantiam Dei. Respondetur, hoc dictum esse à Damasceno propter duo. Primum quia nullum nomen significat, vel declarat Dei substantiam pro vt in se est, sed secundum aliquam rationem communem confuse conceptam, & applicatam Deo, per quandam excellentiam conceptam etiam confuse, vel per quandam comparationem ad alia. Secundo propter modum significandi, maxime aliquorum nominum, quæ per modum qualitatis perfectionem aliquam formalem indicant, vt sapiens, iustus, & similia, nihilominus tamen, quo ad rem significatam omnia significant substantiam Dei.

Damaseni in obij. in.

Replacatur.

9. Intro hæc nomina signor. prima, præcipue diff. calitatem habent que substantialiter.

Sed in hac trimembri diuisione nominum Dei peculiarem difficultatem habent nomina illa, quæ significant actus liberos Dei cum relatione ad creaturas, vt Præscientia seu Scientia visionis exemplar, pro vt tantum est de rebus faciendis, Prædestinatio, Electio, Prouidentia, an hæc dicantur de Deo substantialiter. Quod enim ita dicantur, probari potest,

quia etiam illi actus in Deo non sunt aliud, quam substantia Dei, nam etiam vt liberi non addunt Deo aliquid reale, quod extra substantiam eius consistit. In contrarium vero est, quia hæc nomina non dicuntur de Deo necessitate absoluta, sed potius contingenter, seu libere; licet cum immutabilitate postquam semel dicuntur, quæ autem substantialiter dicuntur, debent necessario conuenire. Respondeo breuiter ex doctrina D. Thomæ dicta quæst. 13. artic. 7. vbi videtur explicare, quod de nominibus Dei significantibus relationem ad creaturam generaliter dixerat in 2. artic. eiusdem quæstionis.

ad huc diu. beros significans.

D. Thom.

Respondeo hæc nomina directe significare substantiam Dei, connotare tamen relationem aliquam rationis ad creaturas, & ratione prioris significati dici de Deo substantialiter ratione tamen connotati non dici de Deo ex necessitate simpliciter, sed aliquo modo contingenter. Quia illa relatio potuisset non esse, absolute loquendo, ratione sui termini qui contingens est. Declaratur, quia hæc nomina significant in Deo directe, & per se aliquem actum immanentem Dei, vel conceptum mentis, vel voluntatis propositum qui actus est, ipsa substantia Dei, non tamen significant illam omnino absolute, sed vt habentem pro obiecto actuali aliquam creaturam secundum aliquid, quod non necessario conuenit creaturæ. Quia dicitur habitudinem ad existentiam in aliqua differentia temporis, quæ existentia absolute necessaria non est. Ex hoc capite significatur ipsa substantia Dei per illa nomina, non vt necessarium ens absolute, & simpliciter, sed connotando talem relationem, quæ resultare potest posito termino. Ergo talia nomina, quo ad modum significandi, non dicuntur substantialiter, licet substantiam Dei indicent.

10.

11. D. Thom.

Et eodem modo loquitur D. Thomas in illa solutione ad primum de his vocibus, creator, Saluator, & similibus, quia videtur supponere actionem significatam per has voces esse ipsum actum immanentem in Deo. Sed adhuc hoc supposito intercedit differentia, quia hæc connotant relationem ad rem temporaliter existentem in se, & ideo dicuntur de Deo non solum contingenter, sed etiam ex tempore. Alia vero connotant relationem ad rem tantum, vt futuram, vel presentem in æternitate, & ideo licet dicantur contingenter, ab æterno, & immutabiliter dicuntur. Vnde in vniuersum affirmare possumus nomina, quæ dicuntur de Deo ex tempore non significant directe substantiam Dei, sive formaliter significant relationem, vt Diuus Thomas censet, de hoc nomine Dominus, sive significant actionem, seu originem, quæ est ratio fundandi relationem, vt Diuus Thomas vult, de hoc nomine Creator, quia & relatio non est in Deo, & actio illa temporalis etiam est extra Deum, quia transiens est, & extrinsece denominat Deum creatorem. At vero nomina significantia actus Dei immanentes ex æternitate de Deo dicuntur, propter rationem dictam. Non desunt tamen qui putent, has voces, dicitur, vel intueri creaturas, ex tempore Deo conuenire, licet significant actum immanentem, quia connotat relationem ad terminum existentem actu in propria differentia temporis. Et fortasse non repugnaret aliquod nomen ita imponi, tamen nullum inuenio ita significans, nam de illis verius est ab æterno conuenire Deo, & solum dicere habitudinem ad terminum existentem secundum presentiam obiectiuam in æternitate.

D. Thom.

12.

Ex quibus possumus varijs modis distinguere nomina significantia substantiam Dei. Nam primo diuidi possunt in ea, quæ omnino necessario Deo conueniunt, & quæ contingenter, seu libere. Quo Dei significant membrorum differentia iam satis explicata est. Et iuxta illam esse possumus, priora & significant substantiam, & substantialiter, ac essentialiter prædicari, posteriora vero, licet substantiam significant,

Nomina substantiam conueniunt, quo Dei significantie diuiduntur.

Handwritten notes in red ink on the right margin, including the letters 'D.V.' and other illegible characters.



non tamen predicari essentialiter, nec omnino substantialiter, quia connotant respectum, qui est extra substantiam Dei, ratione cuius non sunt predicata essentialia. Vnde quoad modum, & figuram predicationis, videntur imitari accidentia inseparabilia, quae postquam semel insunt, separari amplius non possunt.

23. Rursus inter predicata necessaria significantia substantiam Dei, quaedam sunt omnino absoluta, quae in suo conceptu neque includunt, nec connotant relationem ad creaturas etiam vt possibiles, qualia sunt hoc nomen *Deus Qui est, Summa substantia, Scientia, & amor Dei de se ipso, Beatitudo Dei, & similia.* Et haec censentur maxime substantialia, & essentialia, sunt vero quaedam alia, quae licet necessario Deo conueniant, connotant relationem ad creaturas, vt possibiles, vt *Omnipotentia, scientia simplicis intelligentiae, prout dicuntur rationes rerum factibilium, & de his quidam dicunt, licet significant Dei substantiam, non tamen predicari de Deo substantialiter, id est, essentialiter, quia non sunt tam necessaria, quantum est essentia Dei.* Sed contrarium censeo verum: nam haec etiam essentialiter Deo conueniunt, vt supra generaliter dictum est de attributis, & in particulari de Scientia, & Omnipotentia, vt infra libro 3. dicitur, & iterum in libro 9. de Trinitate. Quia quidquid intelligi potest necessarium ad illum respectum ex parte fundamenti est essentialiter Deo, & ex parte termini habet tantam necessitatem, quanta desiderari potest, vt ibidem ostendemus.

24. Tandem haec ipsa predicata substantialia, & necessaria possumus distinguere, quia quaedam significantur videntur, quid est Deus, alia qualia sit Deus: licet omnia necessaria sint. Sicut enim dialectici distinguunt predicata essentialia, quia quaedam dicuntur in quid, alia in quale quid, ita in omnibus significantibus substantiam Dei, licet omnia essentialiter dicantur, iuxta ea, quae tractauimus in fine primi libri, nihilominus quaedam videntur de illo dici in quid, vt *Deus, & similia.* Alia vero in quale quid, vt *Sapiens, iustus, & fortasse de his posterioribus locutus est Damascenus, quando dixit non naturam, sed aliquid circa naturam significare.* De his ergo nominibus, quae qualis sit Deus, indicant, nihil occurrit dicendum, praeter ea, quae de attributis, & eorum numero dicta sunt superiori libro, & quae libro sequenti de affirmatiuis Attributis in particulari dicemus, nam quaedam aliae quaestiones, quae de his nominibus hic solent disputari, alibi a nobis tractatae sunt. Vt autem sint synonyma supra libro primo. An sint inuocata, vel analogata, prout sunt communia Deo, & creaturis, in disputatione 28. Metaphysicae sect. 2. De nominibus autem quae indicant, quid sit Deus, & eius substantia, pauca adnotanda supersunt.

15. Dico ergo tertio. Duo sunt praecipua nomina quae maxime significant, quid est Deus, significando substantiam eius. Haec assertio patebit proponendo haec Dei nomina, & illa breuiter explicando. Supponendo in primis cum Dionysio cap. 2. de Diuin. nomin. haec nomina maxime esse a nobis sumenda ex Scripturis. Nam omnes (inquit) Deo digna denominationes non per partes, sed in tota integra ac perfecta, & plena Deitate a Scripturis sanctis celebrantur. Sumuntur autem ex scriptura plura nomina Dei, vt statim ex Hieronymo referemus. Propter quod dixit de Deo Cyrilus Ierosol. Catech. 6. *Multorum nomen est, & substantia eiusdem.* Primum ergo nomen est, hoc ipsum *Deus.* Vnde Hieron. epist. 136. recensens, & breuiter explicans decem Dei nomina, quae in scripturis habentur, hoc ponit primo loco, dicitque in Hebraeo illi respondere nomen *יהוה*, Graece *θεός*, ita enim priorem vocem septuaginta interpretantur, cui latine respondere vocem *Deus* manifestum est.

Tertia conclusio.

Dionys.

Cyrillus.

Hieronym.

De hoc ergo nomine certum est, significare substantiam Dei, seu quid ille sit, prout in hac vita concipi potest. Vnde Athanas. in epist. de decret. Nicenae Synod. post medium. *Cum audimus (inquit) vocabulum Deus, nihil aliud nisi ipsam incomprehensibilem Dei substantiam significari intelligimus.* Dices, nomen Deus ab operatione, vel cognitione Dei sumptum esse, iuxta Damasceni doctrinam libr. 1. capit. 12. vbi tres etymologias illius nominis refert. Vna, vt dictum sit a verbo *θεειν*, quod est currere, aliam a verbo *θεωω*, quod est vere, vel a verbo *θεωω* *θεωω*, quod est prospicere, quia prouidentia sua omnia prospiciat, omnia percurrat, ac moueat, & omnem iniquitatem vrat, & absumat, & Theophyl. Antioch. lib. 1. ad Autholicum addit quartam dicens, *Deus nominatur a verbo τετινικε ab eo quod omnia in sua seueritate collocauit.* Et deinde adiungit primam etymologiam Damasceni.

16.

Athanas.

Obiisio

Respondemus ex D. Thom. dicto articulo 8. aliud esse, vnde nomen sumptum est, aliud ad quod significandum impositum est, vt est vulgare exemplum de nomine *lapis*, quod a laedendo pedem dictum est, non tamen id formaliter significat. Sic ergo nomen Deus ab operatione sumptum est, tamen quia sub illa operatione, cognitione, vel prouidentia, quandam summam substantiam intelligimus, eam nomine Dei significamus. Cuius signum est, quia ignorantis etymologiam significatum concipimus: & licet etymologiae sint plures, significatum est vnum. Demque sicut nomen Angelus, licet ex actione sumptum sit, substantiam significat, ita est nomen Deus, est enim idem significandi & concipiendi modus. Estque nomen *Deus*, maxime substantiuum, nec de formali, vel de connato significat aliquid praeter substantiam Dei, licet nos ex imperfectione nostra non concipiamus eius substantiam sine conceptu aliquo modo conotatiuo, quod fere in omnibus nominibus substantiarum nobis contingit, magis vero in spiritualibus, & maxime in Deo.

17.

Quia vero hoc nomen *Deus*, attribuitur interdum creaturis, inquiri solet, qua ratione id fieri possit, si nomen *Deus* substantiam Dei significat, quae vnica tantum est? Vt hoc explicem, aduerto ex D. Thom. dict. quaest. 13. artic. 9. & 10. nomen *Deus*, licet habeat tribuendum modum termino communis quoad sonum, seu vocem, & modum concipiendi nostrum, re tamen vera esse terminum singularem, quia significat naturam omnino singularem, incommunicabilem multis Dijs, seu naturis. Vnde sit, si hoc nomen, quatenus per illud significatur vera Dei natura, alteri quam vero Deo in propria significatione tribuatur, falso ei tribui, quia dicitur de re, quam non significat. Nec per talem predicationem mutatur significatio vocis, sed male applicatur, vt si vox homo tribuatur lapidi, non propterea lapidem significat, nec mutatur eius significatio, sed male applicatur. Si vero nomen Dei non sumatur vt significat veram naturam Dei, id est, quae est se infinite, & summe perfecta, sic iam illud nomen non est proprium Dei, de quo tractamus, & quod dicimus esse proprium, & singulare vnus veri Dei.

18.

Quomodo nomen Dei creaturis tribuatur. D. Thom.

Vnde ulterius dicendum est, nomen *Deus* sumptum latiori, & translata significatione, dici solere de ijs, qui non sunt verus Deus. Pateat ex vsu Scripturae, nam interdum vocat Deos, idola gentium, iuxta illud, *Omnes Diigentium Dementiae, & illud Paul. 1. Cor. 8. Et si sunt qui vocantur Di sine in celo sine in terra, nobis tamen vnus est Deus.* Illi ergo dicti sunt dii, vel alia significatione, vel falsa existimatione, & applicatione nominis *Deus*. Addit vero Diuus Thomas, hoc nomen sumptum in hac duplici significatione non esse equiuocum, sed analogum. Duplicem autem analogiam in eo esse significat, vnam, qua

19.

Quarta conclusio.

1. Cor. 8.

D. Thom.

qua dicitur de aliquibus, qui excellentias Dei per peculiarem modum participant. Et haec analogia est clara, & frequens, ac multiplex in Scriptura, sic enim sancti, & fideles vocantur Dii, Psalmo 81. Ego dixi dii estis exponente Christo Ioannis decimo. Illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est. Item sacerdotēs, & iudices, Exodi vigesimo secundo. Djs non detrahes, & capite septimo. Constitui te Deum Pharaonis, & Psalmo 81. Deus stetit in synagoga Deorum. De qua analogia videri possunt Gregorius libro quinto in 1. Reg. capite quarto, & Basilii epistola 141. Altera vero analogia est, quia Deus dicitur de vero Deo, vel opinato. Sicut enim homo dicitur analogice de viuo, & pecto, ita Deus dicitur de Deo vero vel ficto, per illam opinionem, & errorem.

nomen Dei: Quia vniuersim, id quod est, tanquam immensum quoddam, & infinitum essentiae pelagus complexu suo coninet.

Vnde Patres ex illo nomine varias Dei proprietates colligunt, vt Ambrosius epistola 63. Hoc est (ait) verum nomen Dei semper esse. Alij ibi intelligunt significari Dei immutabilitatem, & aeternitatem, vt Augustinus libro 83. quaest. quaestione decima, & Psalmo 101. & Hilarius 1. de Trinitate in principio, Bernard. libro quinto de Considerat. Item Deum ex se habere esse, & non ab alio, & ideo esse summum esse, vt Augustinus duodecimo de Cinitate capite secundo, & optime Bernardus dicto libro quinto, capite sexto. Vbi in hoc nomine contineri putat omnem perfectionem essendi. Quod est frequens in Patribus, de quo nonnulla dixi supra libro primo capite primo. Et sane ex ipso contextu Exodi videtur satis clarum illud esse traditum a Deo, vt proprium nomen suum. Nam interrogante Moysē. Si auerint mihi, quod est nomen eius? Dixit Deus ad Moysē, Ego sum qui sum, sic dices ad eos. Qui est, misit me ad vos. Vbi prius videtur Deus dixisse rationem nominis, quam nomen, atque ita priora verba, Ego sum, qui sum, non continent nominis impositionem, sed orationem explicantem essentiam Dei: posteriora vero contineant nominis impositionem, per quam Deus Moysi satisfecit.

Psalm. 81.
Ioan. 1.
Exod. 22.
Psalm. 81.
Gregor.
Basilium.

23.
August.
Hier.
Bernard.
August.
Bernard.

Dices, ergo sic vere appellamus Deos homines secundum dictam analogiam, ita etiam falsos Deos vere dicemus Deos, quia subintelligitur semper dicta analogia, hoc autem falsum est, quia Gentiles vocantes sua idola deos, errant, ergo non tribuunt secundum analogiam, sed in propria, & vniuoca significatione veri Dei, & in hoc consistit eorum error. In hoc etiam nos illis contradicimus, vnde necesse est, vt vniuoce vtamur illo termino, alias non fieret contradictio, ergo nomen Deum, de vero, & falso non dicitur analogice, sed vniuoce, & cum errore dicitur de falso Deo.

20.
Basilium.

Respondeo, duplicem esse vsu illius vocis Deum, attribuendo illud falsis dijs cum vera fide. Vnus est affirmatiuus, & in illo vsu sumitur eum analogia, quam Diuus Thomas posuit, & sic Scriptura vocat deos idola gentium, scilicet, opinatos, seu fictos errore gentium. Alter vsus est negatiuus, quo negamus simpliciter idolum esse Deum, & tunc sumitur Deus in significatione propriissima, quae non est vniuoca, sed singularis, nam ad negandum nomen aliquod de alio, non oportet, vt nomen, quod negatur de alio significet eandem rem cum illo, imo contrarium necessarium est. Vt cum Petrum negamus esse Paulum. Infideles autem, qui contrarium affirmant, re vera vtuntur nomine Deum in eadem significatione, vt argumentum factum probat, non tamen inde fit, nomen Deum esse etiam illo modo vniuocum in re ipsa, sed putari vniuocum ab infideli, & ab ipso ita accipi, ac si esset vniuocum, quod satis est ad veram contradictionem. Vt si nunc quaeramus, an relatio Dei ad creaturas sit vera relatio, & illuminans, & non tamen inde fit, illud nomen esse vniuocum reuera ad illam relationem, imo hoc ipsum negat, qui negat illam relationem esse realem, tamen vt conueniat cum alio in disputatione vtitur illa voce, in eadem significatione. Nunquam ergo nomen Deus communem conceptum ad verum, & falsum Deum habet, neque ad plures Deos, & consequenter neque vniuocum est, nec commune in suo proprio significato, licet per errorem possit multis applicari, vt dictum est.

21.
Respondio.
D. Thom.

Secundum nomen & maxime proprium Dei est illud, qui est, de quo Diuus Thomas tractat, in dicta quaestione decima tertia, articulo vndecimo, & in primis supponit illud esse vnum ex nominibus Dei, quod non omnes admittunt. Aliqui enim putarunt illud non fuisse nomen Dei, sed orationem quandam, qua Deus significauit, se futurum esse praesentem in fauorem sui populi, vt videre licet in Beda, Hugone, & Burgense, & alijs Exodi tertio. Sed communis sententia Patrum est, ibi Deum declarasse illud tanquam proprium nomen suum. Ita Hieronymus supra, vbi sexto loco hoc nomen ponit, idem habet Damascenus libro quarto, capite duodecimo. Imo docet hoc esse primum, & maxime proprium

Beda.
Hugon.
Burgenf.
Damasce.
Hieron.

His nominibus addi solet nomen Iehoua, quod Tetragrammaton, id est, quatuor litterarum. Hoc etiam nomen esse distinctum a precedenti supponit D. Thomas dicto articulo vndecimo ad primum, vbi comparat haec tria nomina Deus, Qui est, & Iehoua, & dicit, Qui est esse maxime proprium, quantum ad id vnde sumptum est, scilicet, esse, & quantum ad modum significandi abstractissimum. Nomen autem Deum esse magis proprium quoad rem significatam, quia significat propriam Dei naturam. Tertium vero adhuc esse maxime proprium, quia significat Dei naturam, vt incommunicabile multis Dijs. Hieronymus etiam in dicta epistola, haec nomina ponit vt distincta, & hoc Tetragrammaton non loco ponit. Et videtur consensaneum verbis Exodi, nam post citata verba subditur. Dixit que iterum Deus ad Moysē. Haec dices filijs Israel, Dominus Deus Patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos hoc nomen mihi est in aeternum. Vbi ponitur nouen Iehoua. Vnde videtur Deus, non vnum tantum nomen, sed duplex voluisse tradere Moysi, vnum, quo maiestatem suam significaret, aliud, quo indicaret benignitatem, & beneuolentiam erga suum populum.

24.
D. Thom.

Hieronym.

25.

Alij vero existimant, hoc nomen non esse distinctum a precedenti, quia iuxta propriam inscriptionem Hebraicam eisdem verbis constat, & ab eodem verbo deriuatur, quod esse significat. Quam sententiam cenfeo valde probabilem, praesertim quia doctissimi in Hebraea lingua illam sequuntur, vt Theodor. In Exod. q. 15. Lipoman. & Eugub. Exod. 3. Pagninus, & Mercerus in Thesauro. Genebrard. libro primo de Trinitate, Bellarm. libro primo de Christo capite septimo, Galat. libro secundo de artic. Cath. ver. capite decimo. Qui de illo nomine multa mytheria scribunt, & late hanc sententiam Galatin. confirmant.

Theodor.
Pagninus.
Mercerus.
Genebrard.
Bellarm.

Alia vero nomina Dei, quae supra refert Hieronymus, vel ad haec reducuntur, vel significant relationem ad creaturas, vt Dominus, vel simpliciter per antonomasiam dictum, vel cum addito, Dominus exercituum. Vel dicuntur per comparationem ad creaturas per excellentiam quandam, vt Altissimus, Excelsus, Fortis, & similia, Dionys. etiam capite 3. de Diuin. nomin. nomen Bonus, tanquam proprium Dei ponit, iuxta illud. Nemo bonus nisi solus Deus, eique primas partes attribuit, nam (vt meminit etiam Damascenus supra) Primum Dei nomen esse censet Bonum. Hoc vero D. Thomas limitat ad no-

26.
Hieron.

Dionys.

D. Thom.

Handwritten text on the right margin, including 'D.V.' and other markings.

ad nomina, quæ significant Deum sub ratione cau-
sæ, quod etiam notavit Clémentius in Damascen.
Vel certe intelligendum est de nominibus, quæ
adiectiue dicuntur de Deo, ut cum dicimus, Deus

est sapiens, iustus, bonus, nam inter hæc merito
præfertur Bonus, non vero respectu eorum nomi-
num, quæ substantiæ DEVM eiusque naturam si-
gnificant.

Finis Libri Secundi.

INDEX CAPITVM LIBRI TERTII DE ATTRIBVTIS DEI PO- SITIVIS.

Cap. 1. De Scientia Dei de se ipso.

Cap. 2. De Scientia Dei rerum possibilium.

Cap. 3. De Scientia Dei rerum futurarum.

Cap. 4. An Scientia Dei sit practica.

Cap. 5. De Diuinis ideis.

Cap. 6. De voluntate Diuina.

Cap. 7. De Actibus voluntatis Diuinae.

Cap. 8. De voluntate antecedente, & consequente.

Cap. 9. De Omnipotentia Dei.

Cap. 10. De Providentia Dei.

LIBER TERTIVS DE PROPRIETATIBVS, QVÆ PO- SITIVAM PERFECTIONEM DEO ATTRIBVNT.



D tria præcipua capita reuocari videntur hæc affirmatiua, seu positiva attributa, videlicet, ad Scientiam, Voluntatem, & potentiam. Quorum sufficientia summi potest ex conditione naturæ intellectualis creatæ, per cuius analogiam, vel comparationem res diuinas explicamus, ablatis imperfectionibus, & addita in omnibus summa excellentia, & perfectione. In rebus ergo intellectualibus duas facultates intelligimus, quæ proprios actus internæ vitæ, eliciant, scilicet, intellectum, & voluntatem, quibus additur aliqua potentia, operatiua extra ipsamet substantiam intellectualem. Et præter has nullam aliam inuenimus, quæ in suo conceptu formali dicat perfectionem sine imperfectione. Nam licet Angelus habeat potentiam ad se mouendum, illa imperfectionem inuoluit, & licet anima rationalis in corpore alias facultates habeat, nulla earum dicit perfectionem simpliciter. Tres autem superiores in sua ratione formali abstrahi possunt ab omni imperfectione, vel quoad potentias ipsas, vel quoad actus earum. Et ideo tantum illa tria DEO proprie attribuuntur, & significantur per illa tria, scientia, voluntas, & potentia, & ad hæc reducuntur omnia, ut ex discursu huius libri constabit. In quo de his attributis breuiter dicemus, quia in alijs nostris operibus multa de illis diximus, quæ suis locis designabimus.

CAPVT I.

De scientia, quam Deus de se habet.

De hoc attributo, quatenus ratione naturali cognosci potest, asserui in Metaphys. Dispu. 30. sæpe citata scilicet 15. Et in primis suppono, sermonem esse de scientia, ut dicitur clarum, & euidentem rei cognitionem intellectualem, & immaterialem, abstrahendo à ratione accidentis, qualitatis, habitus, & cu-

iuscunq; potentialitatis. Quo sensu euidentissimum est naturali lumino in Deo esse scientiam. Quod et in Deo essiam nostra fides confirmat Esther 14. *Domine quis habet scientiam, bes omnem scientiam.* Ecclesiast. 24. *Cognouit Dominus & liber 14. omnem scientiam.* Iob vigesimo primo. *Nunquid Deum Eccles. 24. docebit quisquam scientiam.* Denique ipsamet scriptura, ut diuina esse possit, supponit in Deo scientiam, alias quomodo contineret verba Dei, cum nemo loqui possit, nisi qui cognitionem rationis, & intellectus habet, quam nunc scientiam appellamus. Ratio à priori est, quia Deus est in perfectissimo, & supremo gradu, qui à nobis cogitari potest, nam licet sit etiam ultra omnem ordinem rerum creaturarum, tamen quatenus cum illis potest habere aliquam formalem conuenientiam, licet analogia, dicitur esse in supremo gradu, sed hic gradus est intellectualis, ergo. Atque ita supra libr. 1. capite tercio, simili discursu conclusimus, Deum essentialiter esse intellectualem. Ad di vero potest ex dictis eodem libro primo, capite 45. & sequentibus, Deum ita esse essentialiter intellectualem, ut per essentiam habeat omnem actualitatem intelligendi, quia in omni perfecta ratione entis, & præsertim in illo gradu, est perfectissimus actus. Ex quo principio intuli in citato loco Metaphysicæ, non esse in Deo scientiam per modum actus primi, sed per se, & connaturaliter esse in actu secundo, vel potius esse ipsum actum secundum, non elicitum vere ab actu primo, sed per essentiam, ac per se subsistentem. Quæ omnia, & satis clara sunt, & in dicto loco sufficienter tractata.

His vero addendum est, hæc omnia maxime conuenire diuinæ scientiæ, quatenus est de ipsomet DEO, eiusque natura, ac de omnibus, quæ intra ipsum vere, ac realiter sunt. Quamuis enim scientia, quam DEVS de se habet, non distinguatur in re ab ipso: nihilominus quatenus scientia est, intelligitur à nobis versari circa aliquod obiectum, quia omnis scientia necessario esse debet de aliqua re scibili. Primum ergo obiectum diuinæ scientiæ est D & VS ipse, quia se per se ipsum intelligit, & sibi est continētissimus